



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XIV. Qva Sacerdotes Ratione sint Angeli?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

§. Hinc recte Hormisdas Pontifex distinct. 61. capit. Non negamus. Emendatiorem conuenit esse populo, quem necesse est orare pro populo. Sanctus Thomas 3. part. quest. 22. artic. 1. cap. Proprie officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum, in quantum scilicet diuina populo tradit (vnde dicitur sacerdos quasi sacra dans) secundum illud Malach. 2. vers. 7. Legem requirunt ex ore eius. Et iterum, In quantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliquantulum satisfacit. Exodi 32. v. 11. 14. Leuit. 9. vers. 7. Numer. 16. vers. 47. & 48. Iudith. 4. vers. 9. 10. Ioel. 2. vers. 17. 18. Hebr. 5. vers. 1.

CAPVT XIV.

*QVA SACERDOTES RATIONE
sint Angeli?*

§. **S**VNT Angeli Sacerdotes non natura, sed officio. Malachia 2. v. 7. Apoc. 2. v. 8. 12. 18. & cap. 3. v. 1. 7. 14. 1. Corinth. 11. vers. 10. Sanctus Chrysostomus homil. 2. in 2. ad Timoth. An ignoras quid sit sacerdos? Angelus vtiq; Domini est. Non ex seipso loquitur, si despicias non illum despicias, sed Deum qui illum ordinauit Sanctus Thomas 3. parte, quest. 22. art. 1. ad 1. Sacerdos in quantum est medius inter Deum & populum Angeli nomen habet.

§. Sed & vita, moribus, atque officio Angeli esse *Quibus moribus* debent. 1. Angeli semper vident faciem patris, qui in *uis sacer-* cælis est. Matth. 18. vers. 10. & ipsi DEVM, in cuius con- *dores Ange-* spectu assidue versantur, in oculis ferant. 2. Angeli *lis similes.* castissimi sunt, ob quam puritatem & beati illis comparantur Matth. 22. v. 30. & illi sunt in S. ordinibus perpetuam castitatem professi. 3. Angeli non vtuntur visibili illo cibo & potu, sed diuino qui sub sensum non cadit. Tob. 12. v. 19. Et ipsi moderatissimo saltem vtantur non ad intemperantiam, sed necessitatem. 4. Angeli nihil caducum possidere cupiunt. Tob. 12. 5. Sed illorum the-
A a 5 saurus

faurus est Deus, qui idē Deus & pars & hæreditas Clericorum esse debet. 5. Angeli sapientissimi sunt, 2. Reg. 14. v. 20. decet & Clericos diuinæ legis peritos esse, Malach. 2. v. 7. Tit. 1. v. 9. 6. Angeli promptissimi sunt ad diuinum obsequium eumque Dominum suum assidue collaudant. Ps. 102. Isa. 6. Apoc. 5. Et his dicitur Ps. 133. v. 1. *Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini. Qui statis in domo Domini, in atrijs Domini Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.* 7. Angelus idem est, quod nuncius & sacerdos sicut & beatus spiritus diuina hominibus nunciat. Hinc S. Dionys. de caelesti Hierarchia. Nihil, ait, vt reor, absurdum est, si sacerdotem hominem, Theologia quoque angelum vocat, qui pro viribus Angelica proprietati dicendo participat, atque ad Angelorum similitudinem (vt homini possibile est) per nunciandi officium nititur. Quin & Angelis præstant sacerdotes absolucendi & consecrandi potestate Chryl. l. 3. de sacerdoti

CAPVT XV.

SACERDOTES MIRABILI MODO
Saluatoris generatores.

5. **S**VNT quasi quidam CHRISTI Domini parentes, nam 1. illū diuino modo in Eucharistia pariunt, 2. Salutifera prædicatione eundem animis auditorum, vt ibi per fidem habitet, ingignunt: sic Apostol. Christum tanquam foetum in Galatiarum animis conformare ostendit, cum c. 4. v. 19. ita ad illos scribit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* S. Greg. hom. 3. Euang. *Quasi parit Dominum, ait, qui eum cordi audientis infundit, & mater eius prædicatio efficitur, si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur.* Ioā. 14. v. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*